



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Sancti Nicolai Collegivm Iselsteinense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

SANCTAE CATHARINAE EGMUNDANUM Collegium, in d. Harlemensi, & alia  
Hollandiae collegia.

**E**Gmunda celebris est Hollandiae pagus à quo nobilissima Egmundanorum Comitum familia nomen habet. *Ioannes XX*, Egmundæ Dominus seu Toparcha, ibidem collegium sex Canoniorum anno 1451. instituit ubi & sepultus est anno eodem.

Huius Ioannis filius fuit *Arnoldus*, qui primus è familia Egmundana, factus est Dux Geldriae.

Fuit olim quoque celeberrima Egmundæ Benedictinorum Abbatia, Episcopatus Harlemensi post incorporata.

SANCTI NICOLAI COLLEGIVM  
*Iselsteinense.*

**C**ollegium istud octo Canoniorum erexit *Arnoldus Dominus* de Egmunda & Iselstein anno 1398.

HORSTENSE COLLEGIVM PROPE  
*Renen opidum.*

**C**ollegiū istud quatuor Canoniorum erexit *Ioannes de Arckel* Episcopus Vltraiectinus anno 1347.

VILHOVENSE COLLEGIVM IN BAVARIA:

**S**Ita est ista collegiata Ecclesia ad ostium  
Vilsi fluminis excurrentis in Danubium,  
in vrbe